

ROSA



Uis meritò insignibus Angliæ Rex inseruit

Rosam tanquam florum Reginam ad denotandum Imperium, nemo enim illi inter flores regnum negaverit, qui cum suavi odoris fragrantia expendit foliorum splendorem, adherentesq; spinas tanquam Majestatis præsidium à natura confitutum, desiderabatur tamen olim purpura, cum Rosa solo candore superbiret: sed dum Venus periclitanti Adonidi opem latius incaute sedit, læso à spinis pede candorem divino cruore tinxit in purpuram, justumq; fuit, ut Rosa Veneri, cujus sanguinem suxerat, sacretur in amoris symbolum: hinc inspirat etiamnum hæc florum Regina imperiuris amorem, nullum enim certius securi Imperij pignus datur, quam propensus Principis in subditos amor, ubi enim subditorum corda devinxit, tot Argos regis saluti invigilantes numerat, quot cives, tot igne & brachiorum copia armatos trahit Briareos, quot subditos, nulloq; eget ad propugnandam Majestatem aggere; nam uti ait Seneca: *Salvum Regem in aperto clementia constituit, hinc inexpugnabile munimentum est amor civium.* Seneca: ad stipulatur Plinius: *quanto magis tunc, quanto securius eadem domuit postquam non creditatis, sed amoris exalibis defenditur, hinc ars inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum est, munimento non egere, frustra se terrore succinxerit, qui sepius charitate non fuerit; agnovit hoc Titus, hinc subditorum nullam à conspectu suo tristem abire patiebatur, quin mæorem aliqua saltem spe mitigaret, agnovit & Theodoricus: hinc apud Cassiodorum dicit, optatus custodiam decem plebem beneficiis nostris excutere, optatus ubiq; præfatus vestra cultare: ex quibus patet prudentis Principis munus esse, propenso amore subditos fovere, quia teste Plinio, *postul fortasse Principes civi, postulat tamen ubi est novellus, citius ipse non odoris, amari, nisi ipse amet, non potest.* Unde si aliquorum refractariorum corda ad amoris blanditias indurata Majestatem violare præsumant, tunc Rosa, quæ carpentem vulnerat, exerendos docet spinarum aculeos, ut temerarij suo cruore discant, ad læsæ Majestatis crimen*

erubescere; cum enim cum Principem hostes contemnant, quos sui non timent, toto robore opprimendi sunt rebelles, ut suo exemplo etiam apud hostes stabiliant amantis Principis dignitatem; cum itaque Rosa felicitis regiminis normam doceant, sacrentur *Servatissimi* JOSEPHO, maxime cum illius symbolum expriment, Rosa AMOREM; Spina vero TIMOREM referente, & Rosarum colores in emblemate dispositi Austriaca componant Insignia, quæ LEOPOLDUS cognomento *Præclarissimus* in Palæstinam expeditione promeritus est, dum in expugnanda Prolomaide tanta eadem in Mahometanos grassatus est, ut totam vestem hostium sanguis purpuraverit, nisi quæ militare cingulum eam prohibuit maculari, ita felici omine habebunt subditi in intermedio insignium candore, quod sub innata Principibus Austriacis clementia & *Servatissimi* JOSEPHI amore fruantur diuturna felicitate, in ambobus verò extremis sanguineo colore distinctis habebunt hostes, qui ab oriente & occidente insurgunt, quod in JOSEPHO Austriacam formident virtutem, *obviam enim quantalibet, dum perbarrefcunt*: ut ait Nazarius, *hæc enim est vera virtus, ut non amur et quiescat*. Ita salubri symboli divisione, subditis AMOR: hostibus verò TIMOR, imperabit.



LU.